¶ Epitritus vel hippus tertius constat ex spondeo et iambo. hoc est ex duabus longis/breui/et longa. temporum septem. vt discordie.

¶ Epitritus vel hippus quartus constat ex spondeo et trocheo. hoc est ex tribus longis et breui temporum septem. vt constantinus.

¶ Peon primus cõstat ex trocheo et pyrrhicio: hoc est longa et tribus breuibus. temporũ q̃nq̃. vt Stesichorus. dictus aũt peon ab inuentoris noie: vel q hocmetro Apollinis laudes canebantur: quas peanas vocant.

¶ Peon scõs constat ex iambo et pyrrhicio: hoc est ex breui/longa/et duabus breuibus. temporum quinq̃. vt Colonia.

¶ Peon tertius cõstat ex pyrrhicio et trocheo: hoc est ex duabus breuibus/longa/et breui. tempor̃ q̃nq̃/vt referamus. ¶ Peon q̃rtus cõstat ex pyrrhicio et iambo: hoc est ex tribus breuibus et longa tẽporũ q̃nq̃: vt celeritas.

¶ Heteroplici pedes sunt alli qui ex variorum pedum combinatione conficiuntur et diuiduntur in pentasyllabos et hexasyllabos. Pentasyllabi (vt scribit Diomedes) sunt duo et triginta. hexasyllabi vero sexaginta quattuor: sed q̃ in vsu frequenti non sunt. et in superiores resoluuntur. de his meminisse hic non decreuimus: igitur qui eos noscere cupit Diomedem cõsulat.

¶ Cæsura.

Est finis vocum in versu cæsura decorus
Cuius sex species: pentemimeris, catatriton.
His heptemimerim/iungas tetrapodiamq;
Bucolice/sic spondeon/catalecticon addas.

¶ Cesura metri est sectio et decora vocũ terminatio in versu medio vel post mediũ notata. Cesura siue sectio metri i sex ipẽs est diuisa in pẽtemimerim. catatriton. heptemimerim tetrapodiã. catalecticon. spõdeon. ¶ bucolicem.

¶ Pentemimeris.

Quando pedes binos partem comples rationis
Syllaba subsequitur/pentemimeris vocitatur.

¶ Pentemimers siue semiquinaria est quã post duos pedes sequitur syllaba partem ofonis cõplectẽs. vt Arma virumq; cano. habz ex q̃nq̃ dimidium.

¶ Catatriton.

Carmen tu dicas catatriton quando trochæus
In pede fit terno/partem claudens rationis.

¶ Catatriton vel tertia trochica est: quum finita parte oratiōis tertium trocheum ponis. vt Nil no/stri/mise/rere.

¶ Heptemimeris.

Est heptemimeris comitatur syllaba abundans.
Quando pedes ternos/partem claudens rationis.

¶ Heptemimeris / vel semiseptenaria est quum post tres pedes et vnam syllabam pars orationis expletur. vt Itali/am fa/to ꝓfu/gus.

¶ Tetrapodia.

Quando pedes sequitur post ternos forte trochæus.
Dic tetrapodiam/partem complens rationis.

¶ Tetrapodia/vel quarta trochica est quum post tres pedes et vnā syllabā pars orōnis finitur. Sepe si/nistra ca/na pre/dixit ab/ilice/cornix.

¶ Catalecticon.

Spondæon catalecticon est partem rationis
Explens: quando pedes post tres spondęus comitatur.

¶ Catalecticon spondeon: vel quarta spondaica est cum post tres pedes inuenitur spondeus partem finiens rationis. vt alba/inq; pa/tres at/q; alte.

¶ Bucolice.

Quando pedem quartum comitatur syllaba abundans
Quæ complet partem rationis: vel pede quarto
Dactylus est positus / tu hanc bucolicem vocitabis.

¶ Bucolice est quum post quattuor pedes syllaba superat in partem orationis desinens. vt Non om/nes ar/busta iu/uant humi/les. vel cum in quarto pede dactylum ponimus partem orationis finientem. vt Nos patri/e fi/nes et dulcia.

¶ Locus.

In versu primus/ternus/quiutus/locus impar
Fertur: par quartus/sextus locus/atq; secundus.

¶ Loca in v̄su alia paria. alia vero imparia dicūtur. Imparia loca sūt p̄mus tertius et q̄ntus. Paria aūt sunt scd̄s. quartus. et sextus. et sic deinceps.

¶ Ordo.

Est ordo membri cuiusuis dispositura.
Quattuor has cuius species dicas. monocolon atq;
Distrophon et dicolon: dicolon tetrastrophon addas.
Quartam dic speciem tricolon tetrastrophon esse.

¶ Ordo est membri cuiusq; dispositio in versu: cuius species sunt quattuor. Nam carminum. aliud est monocolon. aliud dicolon distrophon. aliud dicolon tetrastrophon. aliud tricolon tetrastrophon.

¶ Monocolon carmen.

Vnius generis carmen dicas monocolon esse.

¶ Monocolon carmen est illud qd̄ vbiq; est vniforme. vt p̄ma ode flacci/que asclepiadeo carmīe est cōposita. vt Mecenas athauis edite regibus.

Distrophon et dicolon carmen generum esto duorum
Quando post versum est replicatio quemq; secundum.

¶ Dicolon distrophon est illud carmen qđ duobus generibus versuum constat a secundo facta replicatione: quale est illud Horatianum.

Laudabunt alij claram Rhodonant Mitylenem.
Aut Ephesum bimarisue Corintini
Mœnia. vel Baccho Thebas. vel Apolline Delphos
Insignes: aut Thessela Tempe.

¶ Qđ carmen constat primo heroico. scđo falisco. tertio iterum heroico.

Binorum generum dicolon tetrastrophon esto
Quando post quartum quenq; est replicatio versum.

¶ Dicolon tetrastrophon carmen est illđ qđ duobus generibus versuum constat post quartū quēq; vursum facta replicatione: q̄le est illud Horatianum.

Jam satis terris niuis atq; dirę
Grandinis misit pater et rubente
Dextera sacras iaculatus arces
Terruit vrbem.

¶ Qđ metrum constat tribus primis sapphicis hendecasyllabis / et quarto adonio dimetro ab eo facta replicatione iterum ad sapphicum.

Ternorum generum tricolon tetrastrophon esto
Quando post ternum quem est replicatio versum.

¶ Tricolon tetrastrophon est illud quod tribus generibus versuum cōstat: quando post quartū quenq; versum facta est replicatio: q̄le est illud Horatia.

Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusis liquidis vrget odoribus
Grato Pyrrha sub antro
Cui flauam religas comam.

¶ Qđ metrum cōstat duobus primis asclepiadeis. tertio pheretratio / quarto Glyconico ab eo facta replicatione iterum ad asclepiadeos.

¶ Mensura.

Conueniens metri mensura pedum numerus sit
Certis præceptis quem constituere poetæ.

¶ Mensura metri est debitus pedum numerus: secundum poete regulas ordinatus.

Mensuræ species monometrum dic dimetrumq;
Tetrametrum trimetrum sic pentametrū hexametrumq;.

¶ Mensura metri in ser partes est diuisa. Nam carminum aliud est monometrum / aliud dimetrum / aliud trimetrum / aliud tetrametrum / aliud pentametrum / aliud hexametrum.

Vno quod constat pede carmen dic monometrum.
Quod binis constat pedibus carmen dimetrum sit.
Quod tribus ex pedibus constat carmen trimetrum dic.
Quattuor ex pedibus quod constat tetrametrum sit.
Pentametrum est carmen quod quinq; pedes tenet in se.
Hexametrum carmen dic quod senis pedibus fit.

¶ Monometrum carmen est illud quod vnico pede constat. vt illud ionicum a minore Diomedes.

¶ Dimetrum carmen est illud quod duobus pedibus constat. vt illud ionicum a minore. Sapientes amor odit.

¶ Trimetrum carmen est illud quod tribus pedibus constat. vt illud dactylicum simonidium. Indue pallia serica.

¶ Tetrametrum carmen est illud quod quattuor pedibus constat. vt illud dactylicon alemanicum. Ur decens cumulans reliquas tibi.

¶ Pentametrum carmen est illud qđ quinq; pedibus constat. vt illud elegiacum Ouidianum Res est sollicita plena timoris amor.

¶ Hexametrum carmen est illud qđ ser pedibus constat. vt illud heroicum Virgilianum. Hate mee vires mea magna potentia solus.

¶ Annotatio.

In metris iambis anapestis siue trochæis
Quod binis constat pedibus dicas monometrum
Quattuor ex pedibus constans dimetrum quoq; fertur.
Ex senis constans pedibus dicas trimetrumq;
Tetrametrum fertur pedibus quod conficis octo.

¶ Illud tamen admonendum est q; metra iambica trochaica/et anapestica duplicibus pedibus computãtur ascendũtq; vsq; ad tetrametrũ. Unde monometrum iambicum ỏr quod duobus pedibus constat. vt illud iambicum. Immo aliud quod quattuor pedibus constat ỏr dimetrum: vt est illud iambicum dimetrum Flacci. Amice ꝓpugnacula. Trimetrum ỏr illud qđ ser constat pedibus. Quale est illud iambicum trimetrum. Ibis liburnis inter alta nauium. Tetrametrum ỏr illud qđ octo pedibus cõficit/ quo vtitur comici.

¶ Depositio.

Carminis est finis cuiusuis depositura
Quattuor hæ cuius species catalecticon atq;
Acatalecticon: hic hyper & brachi (dehinc) cata iungas.

¶ Depositio metri est vniuscuiusq; carminis desinentia: que circa finem attenditur. depositio metri est quadripertita. Nam carminum aliud est catalecticon. aliud acatalecticon. aliud hypercatalecticon. aliũ brachicatalecticon.

Syllaba cui defit carmen catalecticon esto
Acatalecticon est fine id quod clauditur apto
Syllaba cui supereſt sit hypercatalecticon illud
Cui pes defuerit brachi (dic) catalecticon esse.

¶ Catalecticon est illũ qđ min9 hꝫ metrice ꝓstitutiõis. nã illi vna tm̃ syllaba deficit/ qle est istud senariũ iambicũ trimetrũ. Mea recidet in domo lacunar.

¶ Acatalecticon est illud qd̄ apto et legitimo fine concluditur integer singulorum metroꝝ existēs. Quale est illd̄ Persia. Nec fonte labra ꝓlui caballino. ¶ Hypercatalecticon est illud qd̄ supra versus finem: vnam vel duas pluresq; syllabas habet. quale est illud hexametrum dactylicon. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. ¶ Brachicatalecticon carmen est illud cui vt perfectum sit deficit integer pes. quale est illud Aristophanium dimetrum. venit optima Calliope.

¶ Appellatio.

Ipsis vnde fuit metris ab origine prima
Impositum nomen: dicta appellatio metri.

¶ Appellatio metri est qualitas. vnde ipsis metris a prima institutione nomen inditum fuit.

Metra acceperunt varie sua nomina: primo
A dijs vel quibus hæc (vt Pythia) sacra fuerunt.
Siue (vt pyndaricum) de authorum nomine crebro.
Siue loco (velut attellanum) quo canebantur.
Siue a mensura: veluti dimetrum trimetrumq;.
Siue pedum structura vt dactylicumq; trochæum.
Nuc a fortuna hinc elegeia comica dicta.
A numero interdum velut endeca syllaba constant.

¶ Appellatio metri in septem partes est diuisa. Nam metra aut a dijs q̄bus sunt dedicata appellantur. vt pythium: qd̄ Apollini pythio est consecratum. Aut ab inuentoribus ꝛ poetis frequenter vtentibus. vt pyndaricum a Pyndaro poete. sapphicū a Sappho muliere lesbia. simonidū a Simonide poeta
Aut a locis vbi cani consueuerant. vt attellana ab Attellis oppido Italie.
Aut a mensura: vt monometrum. dimetrum. trimetrum.
Aut a pedum structura. vt dactylicum. trochaicum.
Aut ab accidenti fortuna. vt elegiaca ab amorum miseria.
Aut a syllabarum numero. vt endeca syllaba.

¶ Figura.

Est excusatum vitium ratione figura
Ornatus causa / primo metri ve reperta.

¶ Figura (vt inquit Sulpitius) est vitium ratione excusatum / et ascribitur elegantie: ornatus metri ve causa primo inuenta. Figurarum alie cōstructionis. alie locutiōis. alie dictionis. figure dictionis (nam alias hic pretereo) sūt que sub metaplasmo continētur. Metaplasmus (vt diffinit Diomedes) est transpositio quedam recti solutiq; sermonis in alteram speciem: metri et decoris causa figurata. Huius species sunt he: Prothesis. Apheresis. Epenthesis. Syncopa. Paragoge. Apocopa. Ectasis. Diastole. Syneresis. Dieresis. Ecthlipsis. Antitstesis. Synaloepha.

Littera cum vocis capiti: vel syllaba detur
Prothesis est: tollens hæc fertur apheresis esse.

¶ Prothesis est appositio litere vel syllabe a principio dictiōis. litere: vt ī illo Virgi. Turno gnatoq; patri / vbi gnato ꝓ nato posuit. Syllabe. vt alibi apud eund̄. Cōcitum tetuli gradū. vbi tetuli ꝓ tuli posuit. Huic cōtraria est aphe-

resis que est ablatio littere vel syllabe a principio dictionis. littere: vt in illo Virgi. Ne la dabāt leti spumas salis ere ruebāt. p cruebāt. Syllabe. vt alibi apō cundē. Horatia temnitis arma. temnitis p cōtemnitis posuit.

Additur in medio vocis cum littera siue
Syllaba epenthesis est/his priuans syncopa fertur.

¶ Epēthesis est additio lre vl syllabe in medio dictiōis littere. vt apō Virg. Reliquias danaū p reliquias posuit. syllabe. vt apō Hora. Fingere cinctutꝫ p cinctꝫ. Huic ptraria est syncopa: q̄ est subtractio littere vl syllabe in medio dictiōis. lre: vt in illo Virgi. Audīst eurotas. p audiuit. Syllabe. vt apō eunō. Una bouis que deinde cadis onerarat aceſtes. p enerauerat.

Littera cum fini vocis: vel syllaba detur
Est paragoga. sed hæc tollens apo (sit) copa dicta.

¶ Paragoge que a quibusdam proparesis dr: est appositio littere vel syllabe in fine dictionis: vt apō Virgilium. Alacres admittier orant. pro admitti. Huic cōtraria est apocopa que est ablatio littere vel syllabe a fine dictionis. Littere. vt in illo Virgilia. Aut duri miles vlixi. pro vlixis. Syllabe. vt apud Horati. ode sexta. Culpa deterrere ingeni. p ingenij.

Syllaba quæ breuis est longam facit ectasis ipsam
Systola productam contra facit abbreuiari.

¶ Ectasis que et diastole dr: est extensio siue productio syllabe que natura est breuis. vt in illo Virgiliano. Italiam fato profugus. Huic contraria est systole que syllabā natura longam breuiat. vt in illo Virgil. Obstupui steteruntq; come. vbi penultimam in steterunt contra naturam corripuit. sed hmōi licentiam vitare tanq̄ a scopulo debemus.

Syllaba de binis conflata synæresis esse
Fertur: et in binas diuisa diæresis vna.

¶ Syneresis que a quibusdam episynalepha dicitur est conflatio siue conglutinatio duarum syllabarum in vnam. vt in illo Virgiliano. Fixerat aeripedem ceruam. scandendo proferendum est eripedem. Symphonesis que et sineresis dici potest est cum due syllabe scandendo in vnam coeunt. Symphonesis in quinq; partes est diuisa. Prima cum dictionem in vocalem vel m/ finientem. sequitur dictio a vocali incipiens. tunc enim illud m/ cum vocali preeunte abscitur. vt superius est dictum. Secunda est. cum in eadem dictione due syllabe longe pro vna longa ponuntur. vt in illo heroico. Antius ob noram et fortis atacis ollei. olli pronunciari debet. Tertia est quum in eadem dictione due syllabe breues pro vna breui ponuntur. vt in illo heroico Tonua velatarum obuertimus antēnarum. Quarta cum in eadem dictione longa et breuis syllaba pro vna longa ponuntur. vt in illo heroico. Fixerat aeripedem ceruam. in scansione eripedem pronuncies. Quinta cum breuis et longa syllaba pro longa ponuntur. vt in illo heroico. Atria dependēt lichni laquearibus aureis. auris scandendo pronuncies. huic contraria est dieresis que est dissoluto vnius syllabe in duas. vt in illo Virgili. Aulai in medio. pro aule. Idem alibi. Vestis pictai. pro picte.

¶ Annotatio.

I simul v quum consona sita: diæresis illa
Ambo in vocales aliquando soluere possit.

¶ I et v qñ site sũt vt ꝯsonãtes. aliqñ in vocales solui possũt ꝑ dieresin. vt in illo Virgi. Arma virũ tabuleq; et troia gaza ꝑ vndas. vbi troia trissyllabum protulit. Sil'r vt in illo Ouidiano. Te quoq; nunc soluo persoluẽda mihi.

Subtrahit ecthlipsis cum vocali præeunte
M/quando incipit a vocali dictio sectans.

¶ Ecthlipsis est elisio siue subtractio huius cõsonãtis m cũ precedẽte vocali. Et hoc quoties dictio in m precedẽte vocali desinit. et sequẽs dictio a vocali incipit. vt in illo Virgil'. Littora multum ille et terris iactatus et alto. qđ sic scãdi debet. Littora/multu/let ter/ris ia/ctatus et/alto.

Vocalem vocis de fine aufert synalœpha
Quando a vocali comitans vox incipiatur.

¶ Synalepha est ablatio et compressio vocalis a fine dictionis quoties sequens dictio ab alia vocali incipit. vt apud horatium. Certat ter geminis tollere honoribus.

Cum postponatur quæ anteesset littera/fertur
Esse metathesis: vt meleagre loco meleager.

¶ Metathesis est transpositio littere prepostera/cum littera que preponi deberet postponit. vt in illo Virgil'. x. At tibi tymbre caput euandrius abstulit ensis. Ouid'. Agnoscens in me frater meleagre sororem.

Dicitur antithesis/cum littera ponitur vna
Pro altera. quæq; potest antistechon bene dici.

¶ Antithesis est positio vnius litere pro alia: que etiam antistechon d'r. vt in illo Virgiliano. Olli pro illi. de ceteris memorabis infra.

¶ DE geneneribus metrorum inferius manifestabimus.

¶ Expositis iam syllabarum quãtitatibus: necnon earum accẽtibus ac punctuãdi modo: que tam ad solutã q̃ pedestrem oꝛonem pertinere videantur. Necnon metro et eius membris nũc ad diuersa metroꝝ et carminum genera iter est aggrediẽdum. Et p̃omi de illo carminis gñe/quod vsitatius et frequẽtius/g.[illegible] /et prestanuis inter cetera ducitur.

¶ Genus.

¶ Genus metri est terminus vniuocus multas sub se versuum varietsate continẽs specie dffierantes: que inferius complectuntur.

¶ Carmen heroicum hexametrum.

Heroum hexametrum carmen loca sex tenet in se.
Dactylus exposcit quintum, spondæus sibi sextum.
Hosq; locis reliquis communes ponere possis.

¶ Heroicum carmen hexametrum dactylicũ: dictum et olim pythium/sex loca siue sedes in se cõtinet et duobus (vt Sulpitio placuit) legitime pedibus cõficitur. scz dactylo et spondeo. His duobus pedibus aliqui loci sũt ꝓprii/alii aũt cõmunes. Quintum vero locum dactylus. sextum spondeus sibi vendicat. Reliqui aũt loci his pedibus sũt cões. et sic scandit siue modulat carmen heroicum. Arma vi/rumq; ca/no troi/e qui/primus ab/oris. Heroicum d'r: qm̃ poetarũ p̃nceps Homerus, ceterique deinceps cũ secuti. heroum (hoc

est illustrium virorꝝ) gesta. hoc carminis genere scripserunt. dr etiam hexametrum/ ꝙ sex locis siue sedibus cõstet. dr insup dactilicum ꝙ hoc precipue cõstet pede. sicut a iambo iambicum. Et ante Hemeri etatem pythium dicebat. ꝙ Apollinis pythii oracula hoc metro reddi cõsueuerãt. Uel ꝙ Apollo cum pythona serpẽtem Delphis ꝓpter vltionem matris necasset. accole primum in eius honorem hoc carmen ꝯtexuerũt. Exinde heroum laudibus describendis aptissimum. Quo gñe carminis preter ceteros ornatius vsi sunt poete latini. Lucretius. Ennius. Uirgil' oĩm facile prĩceps. Naso. Horatius. Catullus. Propertius. Tibullus. Statius. Papinius. Juuenalis. Ausoni⁹. Martialis. Sillius italicus Et hi ex gentibus oẽs. Ex nostris vero christianis Juuencus. Arator. Prosper. Sedulius. Prudentius. Sidonius. Fortunatus. Architrinus. Francscus petrarcha. Baptista mantuanus. et Remaclus florenas. suscipit etiã hoc carmen alios pedes: sed rarius idq; poetica licentia/ vt trocheum/ ꝓceleumaticum/ anapestum/ iambum/ tribrachum; vt magnifestant carmina sequentia.

¶ Carmen elegiacum pentametrum.

In se pentametrum carmen loca quinq; tenebit
Dactylus et spondæus communes suntq; duobus
Primis: semipedem debes quibus addere longum
(Vt vult Sulpitius) pentemimerim vocitatum
Dactylicos binos poscunt duo posteriora
Semipede adiecto: qui iunctus superiori
Semipedi: quinto spondæum conficit apte.

¶ Carmen elegiacum pentametrum (authore Diomede) est qđ hexametro versu pentametroq; adinuicem positis conficitur. vt illđ Ouidia. Hanc tua penelope lento tibi mittit vlixes. Nil mihi rescribas attamen ipse veni. Elegiacum (teste Perotto) hexametro ita cõnexum est. vt nunq̃ sine eo positum reperiat. vnde q̃dam vnum carmen illud esse voluerũt vndecim pedum. Elegia dicta siue a lugẽdis mortuis defũctoꝝ enĩ laudes hoc carmĩe describi cõsueuerãt. siue elegia dicta ab elos grece hoc est miseratiõe. qđ tyrrheni grecique elegias illo carmĩe scriptitarunt. cui opinioni cõsentire vidr. Horatius ad albium tibullum elegiarum authorem scribẽs. q̃ ea (qua diximus miseratione) elegos miserabiles dicit hoc modo. Heu miserabiles decãtes elegos. Idem in arte. Uersibus impariter iunctis querimonia primum. Post etiam inclusa est voti sententia compos. De inuentore huius carmĩs dubitatur. vt idem asserit Horati. sic. Quis tñ exiguos elegos emiserit author. Grammatici certãt et adhuc sub iudice lis est. Hoc tñ carmĩs gñe scripserũt apđ romanos. Propertius. Tibullus. et gallus imitati grecos scilcz Callimachum et euphorionem. Cõtinet aũt hoc carmen q̃nq; loca in se et duobus pedibus (vt Sulpi. placuit) conficitur. scz dactylo et spondeo. recipit in primo et scđo loco indifferẽter spondeum vel dactylum. Deinde pentimimerim: hoc est syllabã superãtem/ q̃ vel natura vel positiõe longa esse debet/ deinde duos dactylos: postremo syllabã superẽtem longã vl' breuem: q̃ cũ semipede precedẽte perfectum pedẽ efficit. Et sic scãdi dz. Nil mihi/ rescri/ bas: attamen/ ipse ve/ ni.

¶ Annotationes.

Carminis hexametri quinto quandoq; poetæ

Spondæoq; ponunt: proceleumaticumq; licenter
Et pro ſpondæo ſexto dant ſepæ trochæum
Sed vetat heroo claudum miſcere trocheum
Sulpitius/communis erit nanq; vltima ſemper
Syllaba ſicq; docet Fabius/ſic Tullius inquit.

¶ Illud non eſt pretereundum Spondeum qñq; in quinto loco ꝓ dactylo a poetis licenter vſurpari. vt apd Perſi. Et coltam longo ſubducimus appennio. Interdum etiã ꝓceleumaticus in quinto ꝓ dactylo vſurpatur. vt apud Virgiliũ. Tityre paſcentes a flumine reiſce capellas. Aliquando in ſexto (vt quibuſdam placet) ponitur trocheus ꝓ ſpondeo. vt apd Virgi. Laocoon ardens ſummo decurrit ab arce. Illud tamen vetat Sulpitius. Ultima enim ſyllaba ſemper eſt indifferens.

Ponitur interdum primo proceleumaticus pes
Et q̃is raro ſibi vendicat hunc anapeſtus.

¶ Proceleumaticus interdũ in ꝓmo loco ponit apd poetas. vt apd Lucre. Tenui cauata ɔculi caua tpa frigida peluis. Quem locum vẽdicat (licꝫ raro) anapeſtus. vt apd Virg. Flauiorum rex eridanus terraſq; iacentes.

Carminis heroi terno quartoq; licenter
Ponit iambum vel tribrachum quandoq; poeta.

¶ Nonnunq̃ in tertio et q̃rto loco iambum pedẽ et tribrachũ (q̃uis licẽtioſe admittit poeta. vt in illo eneidos. ix. Terga fatigamus haſta nectarda ſenectus. Idẽ in quarto pede. Oſtendẽs artem pariter arcumq; ſonantem.

S cum præiuncta vocali cædere fine
Debes: et ſola a vocis ſic fronte aliquando.

¶ S littera finalis cum precedente vocali aliqñ ceditur in hexametro: vt in illo Virg. Inter ſe coiſſe viros et diſcernere ferro. ſcandẽdo viret ꝓnuncies pro viros et aliquãdo etiam ſola ceditur: vt in illo Lucretiano. Arboribus veteres decidere falcibus ramos. ſcandendo proferẽdum eſt falcibu ramos. Ceditur nonnunq̃ a principio dictionis. vt apd Tibullum. Opereat quicũq; legit viridesq; ſmaragdes: ſcandendo pronuncies viridesq; maragdes. ſed hmõi iuncture cum rare fuerint prorſus ſunt vitande.

Carmen tum incipiat vel abo/vocali alia ve.
Quæ per ſe vox eſt perfecta: et dictio ſectans
Incipit a vocali, ſit ſubtraxio nulla.

¶ Quando carmen hexametrum aut aliud quoduis incipit abo vel alia vocali que per ſe perfectam vocem et partem oronis conficit et ſequens dictio a vocali incipit: tunc nulla erit ſubtraxio aut eliſio. vt apd Tibullum. O ego ne poſſem tales ſentire dolores. et apd Ouid. O vtinam tandem lacedemona claſſe petebat.

V poſt ſ/q/g/ſi vocalis comitetur
Literulæ perdit vim: teſtes lingua, aqua, ſuauis.

¶ V poſt g/q/ſ/ ſequente vocali liqueſcat vim littere amittens: vt in lingua aqua/ſuauis. que in ſcandendo biſſyllabe proferuntur. Virgil. Munera ſunt auriq; et ſuaue rubens hyacinthus.

Ijs in scandendis vocalem cæde priorem
Dij/deæ/dijs/ijs/sic eæ/pluralis et idem
Ijsdem/dehinc/deinceps/huic/et cui/deindeq;/proinde
A desum ducta et vocali de comitante.

¶ Subtrahitur prior vocalium in scansione harum dictionum dij/dee/dijs/ijs ee/et ijdem plurali ijsdem/hinc/dehinc/deinceps/cui/deinde/proinde: et deducta a desum quoties post de immediate sequitur vocalis. Virg. Dij deeq; oēs studium quibus arua tueri. Idem alibi. Idem venturos tollemus in astra nepotes. Idem in Bucol. Experiar tu deinde iubeto certa amyntas. Luca. Non deest plato ieiunus venditor auri. Iuuenal. Dehinc clamore pari cōcurritur et vice celi. Horati. Redde age que deinceps risisti vibidinis dum.

In fine hexametri seperest cum syllaba abundans
Carmen hypermetrum est: que syllaba cæsa/sequenti.
Cum versu semper scandendo adiungitur apte
Semper hypermetrum vocalis fini et aut m.

¶ Aliqñ in fine carīs hexametri abūdat syllaba: qđ vbi fit carmen dr hypermetrum. Et necesse est carmen illđ vl in vōlem vl in m/lr̄am terminari: ꝛ sequēs carmen a vocali incipere: et syllaba in fine abundās abscissa scādendo capiti sequētis carmīs annecti debet: vt in illo Virg Aut dulcis vulcano musti decoqt humorem. Et folijs vndā te pidi despumat aheni. Illa syllaba rem in fine hexametri superās: cū principio sequētis carminis scādi debet. Aut dulcis vulcano musti decoquit humo Ret folijs vndam. ꝛc.

¶ De varia hexametri compositione.

¶ In hexametro cōponendo sextuplex s̄m quosdam est varietas. hexametrum enim dactylicum appellant. ꝙ dactylo clauditur. quale est illud. Preferimus manibus vires ꝛ verba precantia: ꝙ et hypermetrum est. Sed aptius hoc exemplum. Sydera pallida distingunt facta territa luminis. Spondaicum est illud quod ex solis spondeis constat: vt Romani muris albani cinxerunt longam. Et dicuntur equitemporanea. cum omnes pedes vel dactylici vel spondaici sunt. sed spondaicum fugiendum est: ꝙ tanq̄ soluta oratio incedit. Commune siue periodicum: qđ alternis dactylis vl spondeis constat. vt Italiam fato ꝓfugus lauinaq; venit. Saphicum qđ inter duos spondeos quattuor habet dactylos. vt inferretq; deos latio genus vnde latinum. Antimachium: qđ bis post duos dactylos habet spondeum: vt Ante fugam soboles si quis mihi paruulus aula. Absolutum qđ oēs partes orationis hz. vt est illđ. Heu si tūc flentem rapuisset in ethera mauros, hec et alia carminum diuersa gn̄a tradūt aliqui. sed cū superuaceneū videtur omittimus.

¶ Hexametri carminis vitia.

¶ Vitia hexametri carminis eorumq; noīa operepreciū est iudicare. Ea sex putat Maulius. Theodorus. Ego plura cōgessi. Acephalum dr qđ incipit a syllaba breui: vt fluuioꝝ rex aridanus cāposq; per oēs. Procephalum qđ in p̄mo pede vltra quattuor tp̄a habet: vt insule ionio in magno quas dira celeno. Lagarum seu laxum cuius in medio vna aut plures syllabe claudicāt: vt Cōgredior fer sacra pater et cōcipe fedus. Truncatum qđ in penulti. claudicat: vt Mortem contemnūt laudato vulnere gete. hec et scazontes et ecades appellat Diomedes cuius librum tertium lege perdiligenter. Hypermetrū

qd vna syllaba abundat. vt Jactemur doceas ignari hominumq; locorumq;. Grauidum quod habet syllabam in medio superantem. aut quod syneresim patitur. vt Fixerit aeripedem ceruam. lz aut erimanthi. Jnane cuius syllabā in duas per dieresim scinditur. vt Accipe pompei carmen deductum ab illo. Ex vna enim syllaba due fiunt. nam si longa corripit dr Systole. vt Obstupui steterūtq; come et vox faucibus hesit. Si breuis ꝓducit ectasis. Si due breues ꝑ vna longa. vel due longe pro vna ponātur Symphonesis est. hac greci frequenter vtuntur. Spondaicum qd spondeum habet in quinto. vt Cornua velatarum obuertimus antēnarum. Colossum seu colobum seu solutum qd prosa orone incedit. et dono dicite doq; volentibus cū magnis dūs. Asperum qd horret iuncturis. vt Nisee spioq; thaliaq; cymodoceq;. Nec vero est ignorādum quedam ex iis vitia tam hexametri q̄ cuiusuis carmīs esse posse. Hyperhymnum in quo singuli pedes termināt dictionem: vt carmen doctum semina simplex cōdere nescit. Cacophō a que vocalium assiduitate squalent vt Jnferniq; latus ceeq; insula circes. Jtem cum ab eadem cōsonante singule dictiones incipiunt vt O tite tute tati tibi tanti tyranna tulisti. Aequiuocū cuius vltime sil'es sunt vt Exiret mētes fraternas grata malis lis. dñi et bicipitia si vltima ꝟba simpliciter desināt. Jtem caudata cum finis duorum ī cōsonātes desinit dictiones. Hemistichium qd inceptum duntaxat et semiplenum est. q̄lia sunt apd Maronem. vt huc cursus fuit. hec Sulpitius.

¶ De carminis heroici decoro.

Carminis heroici si vis seruare decorum.
Pes nunq̄ debet rationis claudere partem
Ni forte in primo: pentemimeri comitante
Vel quarto: quintove: offendit turpe secundo.
Sed minus in terno: si illum monosyllaba claudat.

¶ Heroici hexametri decoꝝ (vt ait Sulpi) in apta pedum ꝯnexiōe et varietate seruabit. Si pes non terminet ꝑtem orōnis, nisi forte in p̄mo loco: sequēte pentemimeri. vt in illo Virgil'. Ast ego que diuum incedo regina iouisq; Et soror et cōiunx. Et nisi forte in quarto loco. vt Vela dabant leti et spumas salis/ere ruebant. vel forte in quinto. vt Musa mihi causas memora quo numine leso. Jllepidum est carmen prosa intercisaq; nimis: oratione succusans: et maxime si scd's pes partem orōnis terminet vehementer offendit. vt Jmpulit in latus: et venti velat agmine facto. Quod fiet minus indecore in tertio si monosyllabam desinat et dictiones exigue sint. vt est illud Horatij. Non vxor saluum te vult non filius omnes.

Heroum pulcrum est vox quod trissyllaba finit.
Illepidum est penta aut quod vox tetrasyllaba claudit.
Gratius incedit quod vox bissyllaba complet.
Integra si fuerit vox quam ponis pede quinto.
Distortum est carmen quod vox monosyllaba finit.
Pulcrius et constat quod vox encletica claudit.

¶ Decorum est heroicum qd in trissyllabam desinit et fortius videtur insurgere/quale est illud Virg. Urbs antiqua fuit tyrij tenuere coloni Carthago. Jllepidum est carmen qd in tetrasyllabam aut pentasyllabam desinit. vt est illud Virgi. Nulla venus nulliq; animum flexere Hymenei. Et illd Martia

Oīs cesareo cedit lobor amphiteatro. Gratius est illud carmen qđ in bissyllabam desinit maxime si pes q̄ntus ex integra cōstet: vt est illud Virgi. Musa mihi causas memora quo numine leso. Dissortum est carmen qđ in monosyllabam desinit vt est illud Virg. Eole namq; tibi diuum pater atq; hoīm rex. Pulcrius tñ incedit si monosyllaba encletica fuerit. vt est illud Hora. Scilz vxorem cū summa doteq; fidemq;. Et genus et formā regina pecunia donat.

Dactilici insurgunt connexi quinq; decore.
Quattuor interdum spondęi stantq; venuste
Dactylus alternis spondęis itq; decore.

¶ Insurgūt et fluunt canore q̄nq; cōtinui dactyli: q̄le est illđ Ennij At tuba terribili sonitu ꝓcul ere canoro. Incedūt etiā cum decoro q̄ttuor spondei / si ipsa res exigat. vt est illđ Virgi. Occultum inspires ignem / fallasq; veneno. Sil'r decorum est carmen cū dactyli pedes alternis vel interiectis spondeis tēperātur. vt est illđ Virg. Italiā fato ꝓfugus lauinaq; venit.

Quum pręcedentis pendens sententia versus
Comma / colonue facit: versu conclusa sequenti
Laudatur carmen quod fiet quando necesse
Est rem continuas / vehemens vel suaue loquaris.

¶ Laudabile est carmen quum sentētia suspēsa in sequēti versu includitur / comma siue colon efficiēs multoꝝ carminum inter se implicatio: quā cathenam appellāt plurimum iucunditatis habet in loco. vt quum opus sit vt rem cōtinuas / vel vehemētia aut suauitate vtaris. Id qđ in carminibus ꝓxime precedentibus perspicere satis est in promptu.

¶ De elegiaci carminis decoro.

Pentametrum pulcre debet concludere sensum
Præcipue ornatum / quod vox bissyllaba claudit
Proximum et huic / penta aut qđ tetrasyllaba complet
Absurdum est / quod vox tris / vel monosyllaba finit.

¶ Decorum pentametrum elegiacum sensum debet concludere et ornatissimum est qđ in dissyllaba clauditur. vt est illđ Ouidij. Hanc tua penelope lento tibi mittit Ulixes. Nil mihi rescribas attamen ipse veni. Proximum huic est qđ in pentasyllabam aut tetrasyllabam desinit. vt est illud Maronis. Vide cōcretas per gramina fessa ruinas. Pendere aut olerum stare cacuminibus. Similiter illud eiusdem Maronis. Vidi pestano gaudere rosaria cultu. Ex oriente nouo rosida lucifero. Absurdum est illud pentametrum quod vox trissyllaba aut monosyllaba perficit: quale est illud Communis paphie dea syderis et dea floris precipit vnius muricis esse habitum. Similiter illud. Mecenas athauis edite regibus.

¶ Annotatio.

Litterulæ eiusdem / vocum similes quoq; fines
Crebras vocales / versus vetat ipsa vetustas.

¶ Ut decorum carminis seruemus / eiusdem littere aut syllabe assiduitatem crebras etiā vocalium cōcursiones dissonātiam / et sibilationem magꝫ etiam q̄ in soluta oꝛone vitabimus. Permittunt tñ aliqñ (licet rarius) apđ poetas

hmōi iuncture: sed figurate et licenter. vt est illud Cicero. O fortunatam natam me consule Romam. et illd Ennij. O tite tute tati tibi tanta tyranna tulisti. Et illud Ennij. Merentes flentes lachrymantes ac miserantes.

¶ Seruabimus etiam (vt inquit Sulpitius) in carminibus cōtexendis omnem cultum cum latinitatē integritate: verbis vtemur electis nunc suauibus nunc canoris. vt res postulat. Carmen figuris aspergemus: facilitate affectibus aliquando cōcinnabimus: fabulis historijs et rerum doctrina locupletabimus duriciam et verboꝝ nouitatem vitabimus: et qd maxima virtus orationis est (vt Lactantius inqt) aperte dicemus. Ambigue dicta et ornamenta ambiciosa (vt monet Flaccus) refugiemus a personarum et rerum decoro non deliberabimus. Interdum copiam interdum breuitatem: nunc pingue: nunc siccum dicendi genus nunc maturum et graue: nunc ardens erectum et concitum amabimus Carmen deducēdum leta intentaq; cura aggrediemur. Antea (si fieri poterit) vt lectiuncula: vel cōmemoratiōe similis carminis excitati. In versu etiam faciendo scabemus persepe caput rodemusq; vngues non de industria: sed cum distractione intenti vnde inuento qd conabamur nobis quasi non consentientibus pluteum cedemus styllum sepe vertemus singulaq; diligenter exanimabimus et an lectione sint digna tenere censebimus. Amicorum pleraq; indicio emendabimus. paucis cōtenti lectoribus: et belle assentatoꝝ non admitimus. Luxurientia compescemus aspera leuigabimus. et carentia virtute tollemus. Libri editionem non precipitabimus ne eam penitentia subsequatur: sed diu vel nonum in annum castigabimus. Si quid aūt emissum fuerit: presertim in adolescentia lz in iudicium cum modestia reuocare et in suo gn̄e ꝯseruādo corrigere. fecere id multi: fecit et ipse Cicero: qui totos imitauit academicos. fecit et Martialis iam grandior qui inquit. Festinata p̄or decimi mihi cura libelli Elapsum manibus nunc reuocabit opus. Nota leges quedam: sed lima rosa recenti Pars noua maior erit lector vtriq; faue. Ad quod etiam nos hortari videtur Priscia. qui fatetur se quecunq; in suis aduertit errata: quoad vixerit emendaturum. Nam (vt Fabius inquit) superuacuus foret in studijs longior labor si nihil liceret melius inuenire preteritis. In versibus etiam cōdendis lucilij et Crispini nimis cita et preceps extemporalitas vitijs non vacat. Inquit enim Horati. Carmen reprehendite: qd non multa dies et multa litura coercuit atq; perfectum decies non castigauit ad vnguem. Laudabile erit carmen Euripidis maturitatem Maronis moram vrsino more et quintilij limam expertum. Gloriantur tamen aliqui iuuatam sibi carminis facilitatem/ q̄si virgula (vt aiunt) diuina furore quondam diuino perciti/ vt a musis ipsis (tanq̄ olim hesiodo fabulatur) sine studio sibi donatum. Sed audiāt eundem Horatiū. Natura fieret laudabile carmen an arte. Quesitum est ego nec studium sine diuite vena. Nec rude qd ꝓsit video ingenium alterius: sed altera poscit opem res/ et coniurat amice. Adiungatur iō facili et extemporali ingenio matura diligentia. Addo etiam doctrinam. Nam vt idem Flaccus ait. Scribēdi recte sapere est principium et fons multum etiam cum imitatione exercitatio conferet.

¶ Annotatio.

¶ Quanq̄ et hec de carminis decoro diximus/ nolim tamen ea a nobis sic dicta existimes vt hanc legem semp et vbiq; q̄si affectatam et nimis rigidam obseruare sis astrictus. Ipse enim poetaruz princeps Maro nedum poeta alij crebro hanc legem (vt in suis est perspicere monumentis) pretermiserunt.

Mimirum nam vt idem inquit. Non oīa possumus oēs. Ille etiam insignis apud grecos Homerus hec et hmōi obliuici fatetur. Flaccus. Aliq; bonus dormitat Homerus. Permittuntur sūt preter hanc legem multa poetica licentia. vt idem ait. Sunt delicta tñ quibus ignouisse velimus. Nam neq; chorda sonum reddit quē vult manus et mens. Nec semper ferit qōcunq; minabitur arcus. Quo magis tñ (vitato indecoro) ꝓpius decoro accedas: eo laudabilius erit carmen minusq; offendet. vt idem ait. Verum vbi plura nitent in carmīe non ego paucis offendar maculis: quas aut incuria fudit. Aut humana parum cauit natura. qd ego vt scriptor si peccat idem libriarius vsq; quāuis est monit⁹. venia caret: ⁊ cytharedus ridet chorda qui semp oberrat eadē. si lautus de hac re cognoscere vbeat Horatii de arte poetica cōsulito.

De licentia poetica.

Carmina scribendi permittunt nonnulla poetica licētia: sed hac in re aduertēdum est: hmōi licētiam non vsq; adeo ꝓtendi posse: qīl liberum sit scriptori literarie artis deserere precepta. et ꝓ suo voto. vel verba transformare: vel vitiose inter se iungere dictiones. Verum que in grammaticis et oratoriis disciplinis a magnis authoribus tradunt ea negligere non decebit. Sūt enim cuius arti limites prestituti: quos licēter ꝓ authoris iudicia preuaricari nephas est. Imitabimur ergo celebres poetas: et in qbus illi fere ad vitium cum dignitate tamen sunt deflexi: in illa incidere incidere (nisi carminis cōmoditate aut necessitate cogamur) minus decet. Nam illud vnum memoria tenere debemus: vnāquāq; orationem aurium iudicio examinari debere/hic ergo permissus sine licentia poetica in literis/syllabis/dictionibus/et orationibus inuenitur. Nam ab his singulis fit a poetis contra precepta trāsgressio In literis quidem (vt superius in figuris diximus) Adiectione/detractione/immutatiōe/transmutatione/peccatur. Additur namq; in dictione litera que precedentem vocalem breuem facit longam: vt relliquias/relligio/redduco. Virg. Relliquias danaum. Hora. in epo. Deus hec fortasse benigna reduceet in sedem vite. Detrahit nonnunq; litera. Virg. Atq; immitis Achilli. Si enim vitandi sibili causa detraxit. Immutatur. vt olli ꝓ illi. Cumq; opus est longa syllaba r/in s/mutatur. vt honos/labos/arbos. pro honor. labor. arbor. Transmutantur. vt teucre. euandre. meleagre. ꝓ teucer. euander. meleager. Qō ideo fit q; dupler in his noībus est terminatio nti. Dicimus Euandrus/teucrus. Virg. in. vii. Tum pater euandrus.

De licentia innouandarum syllabarum.

Idem quoq; fit in syllabis. Nam dictioni (vt commodius) quadret versibus syllaba adiungitur. vt induperator. pro imperator. mauortia pro marcia: vel subtrahitur. vt accestis pro accessistis. Virgilius. Accessistis scopulos. Aut mutatur cauducibus pro codicibus, Virgilius in Georgi. Caudicibus sectus. Connixa pro enixa. Idem. Spem gregis ah silice in nuda connixa reliquit. Irem euantes pro euantes. Idem in sexto eneid. Illa chorum similans euantes orgia circum.

De innouandis dictionibus.

¶ Dictiones quoq; additionem seu interpositionem alterius dictionis recipiunt. vt septem subiecta trioni. pro subiecta septemtrioni. Immutationem siue innouationem. vt miseresco pro misereor. horresco pro horreo. Vel diminutionem. vt pusillus pro paruus. Vel comparationem. vt senior pro senex. tristior pro tristis. Virgil. Tristior et lachrymis. Vel derivationem. Virg. Frondeo tecta pro frondosa. Compositione. vt belliger/thyrsiger. Que et si in oratione quoq; soluta occurrunt in pedestri tamen licentius permittuntur. Sciendum est etiam in dictionibus grecis licere vti genitiuo. vel suo vel latino quoad metri commoditas exposcit. Virgil. in. vi enei. In foubus letum Androgeum. pro androgei. Transmutari etiam a poetis solent dictiones interdum. Virgi. Maria omnia circum.

¶ De oratione.

¶ Fit insuper nonnunq; ad orationem supervacua dictionis adiectio. et frequentibus coniunctionibus ꝓpacta: qđ greci polysyntheton appellãt. Virg. Atq; amasq; thoasq; pelidesq; neoptolemusq; primusq; machaon. Idẽ alibi. Ore locuta est: qđ per pleonasmum. i. accumulationem dr. Detrahitur similiter aliquid oroni qđ ecthlipsis vnius verbi defectus. Virgil. Hec secum mecum ne incepto desistere victam. in prima orone deest dixit. in secda aũt decet. Aliquando detrahitur dictio per aposiaposim. siue vt Cicero per reticentiam. Idem alibi. Quos ego. sed prestat intelligitur puniam. Subtrahũtur aliq; cõiunctiones per dyaliton. Idẽ. Ire forte citi date flammam impellere romos Transponitur aliq; ordo per hysteron protheron. qñ retroverso ordine proferi. Teren. Symbolum dedit cenauit. Trãsponit etiam oro cũ casibus vicissim versis res sigtur. vt trade rati vẽtos vbi intelligit. Trade rates ventis.

¶ De commutatione vocabulorum per oẽs partes orationis.

¶ Animaduertũtur preterea poete vocabulis abuti: et aliud per oẽs partes orationis vocabulum ꝓ alio ponere. In noie quidem. vt Iuuenalis Bacchanalia viuunt. i. bacchanaliter. hoc est furiose et crapulose. Virg. in georgicis. Armentaq; pascens. sole recens oro: hoc est recẽter. Idem in geor. vox appima tenax. i. apprime. Inus omnibus nomen pro aduerbio ponitur. Ponitur etiam propium pro appellatiuo. Virgilius. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto dardanus. i. dardanius. de enea enim loquitur qui a Dardano rege troiano venit. Loco etiam generis species ponitur. Virgili. in geor. de equabus amore feruentibus. Illas ducit amor trans gargara trans q; sonantem Ascantum. vbi gargara pro quibusdam montibus posuit. + ascaneũ pro quibusdam fluminibus. Inuentor etiam pro re inuenta ponitur. Virgil. Cererem q; canistris expediunt. Cererem que est dea frugum pro pane posuit. Item equitem pro equo. Idem in georgi. Frena peletronũ lapithe gyros q; dedere. Impositi dorso atq; equitem docuere sub armis. Insultare solo Equitem. i. equum. Humerus certus pro incerto ponitur. Idem. O terq; quaterq; beati. Humerus singularis pro plurali. Idem. Pars in frustra secant. Casus pro casu. Virgil. Comuq; volans dat lora sedo. Curru ꝓ currui. Fit etiam alteratio in verbis. Virgil. Nunc ego si potui tm̃ sperare dolorem. sperare ꝓ timere posuit. Modus etiã pro modo ponitur. vt itis parat q; primũ arma viri. i ite + parate. Sigtio ꝓ sigtiõe. Vir. Vora aduerti ꝓ aduertit. Idẽ. Lõgiq; vigẽt ad littora fluct9. ꝓ vigẽtur. Itẽ vna ꝓpositio ꝓ alia ponit.

Terentius. Ecquit nos amas de fidicina hac. i. propter hanc fidicinam: hec et multa alia vsurpant poete.

¶ De omni genere metrorum quo vsus est Horatius apud latinos inter poetas lyricos facile princeps.

¶ Metrorum vndeuiginti generibus vsus est Horati. li. carminum qui ode inscribitur: de quibus omnibus inferius dicemus.

¶ Carmen asclepiadæum choriambicum.

¶ Primum genus est carmen monocolon choriambicum asclepiadeum tetrametrum acatalecticon: et dicitur monocolon. i. vniforme: qr nulli est continctum. dicitur etiam asclepiadeum ab inuentore asclepiade poeta lyrico. Et choriambicum a pede choriambo predominante. et tetrametrum qr quatuor pedes continet. Et acatalecticon: qr perfecto fine clauditur. Conficitur ait ex spondeo. duobus choriãbis. et pyrrhicio. et sic scãditur. Mece/nas athauis/ edite re/gibus. Et fm Diomedem sic cõficitur. Spondeo dactylo cesura. et duobus dactylis. sic scanditur. Mece/nas atha/uis: edite/regibus. Hoc metro tris odas scripsit.

Mecœnas athauis edite regibus
Exegi monumentum ære perennius.
Donarem pateras grataq; commodus.

¶ Hoc metro scripsit prudentius illum hymnum de accensione ignis.

Hymnus. Inuentor rutili dux bone luminis.

¶ Secundum est dicolon tetrastrophon: constans ex sapphico et adonico.

¶ Dactylicum sapphicum pentametrum. hendecasyllabum.

¶ Dactylicum adonicum dimetrum.

¶ Sapphicum pentametrum hendecasyllabum conficitur ex trocheo. spondeo. dactylo. et duobus trocheis. et sic scãditur. Jam sa/tis ter/ris niuis/at qr dire. Huic contuncum est adonicum constans ex dactylo et spondeo vel trocheo. et sic scanditur. Terruit. vrbem. hoc metro tres et viginti odas scripsit.

Iam satis terris niuis atq; diræ.
Mercuri facunde nepos Atlantis
Quem virum aut heros lyra vel acriq;
Vile potabis modicis sabinum.
Integer vitæ scelerisq; purus
Parcius iunctas quatiunt fenestras.
O Venus regina Gnidi Paphiq;.
Poscimus si quid vacui sub vmbra
Persicos odi puer apparatus.
Nullus argento color est auaris
Ne fit ancillæ tibi amor pudori.
Septimi Gades aditure mecum.

Vlla si iuris tibi peierati.
Rectius viues Licini neq; altum.
Ocyum diuos roga in patenti.
Martijs cælebs quid agam calendis.
Mercuri nam te docilis magistro.
Herculis ritu modo dictus o plæbs
Faune nympharum fugientum amator.
Non vides quanto moueas periclo.
Montium custos nemorumq; virgo.
Impios spartæ retinentis omen.
Pindarum quisquis studet emulari.
Diue quem proles niobæa magne.
Est mihi nouum superantis annum.
Phæbe syluarumq; potens Diana.

¶ Hoc metro etiam scripti sunt hymni quos frequentat ecclesia.

NOCTE surgentes vigilemus omnes. Hymni.
Ecce iam noctis tenuatur vmbra.
Quod chorus vatum venerandus olim.
Vt queant laxis resonare fibris.
O sator rerum reparator æui.
Antra deserti teneris sub annis.
O nimis fœlix meritiq; cælsi.
Christe sanctorum decus angelorum.
Virginis proles opifexq; matris.
Iste confessor domini sacratus.

¶ Illud notandum quod in secundo huius hymni versu dicẽtum est hoc die et non hodie. qr primum pedem oportet esse trocheum: et omnes he predicte ode manifestant. O pater sancte mitis atq; pie.

¶ Ille hymnus pedes non seruat: qui hunc hymnum. scripsit syllabas tantum seruare: pedes vero minime curauit.

Tertiuz est dicolon distrophon: ꝯstãs choriãbico gliconico ꝛ asclepiadeo sic.

¶ Glyconicum choriambicum.

¶ Glyconicum choriambicum trimetrum constat spondeo / choriambo / et pyrrhicio; sic scanditur. Sic te / diua potens / cypri, vel scdm alios constat ex spondeo et duobus dactylis. sic scanditur. Sic te / diua po / tens cypri. Huic coniungitur asclepiadeum choriãbicum: et dicitur dicolon distrophum. scripsit hoc metro odas duodecim.

Sic te diua potens Cypri.
Cum tu Lidi Telephi.
Mater sæua cupidinum.
Et thure et fidibus iuuat.

Donec gratus eram tibi.
Vxor pauperis Ibici,
Quantum distet ab Inacho.
Intactis opulentior.
Festo quid potius die.
Quo me bacche rapis tui.
Inter missa venus diu.
Quem tu Melpomene semel.

¶ Quartum est dicolon distrophon constans dactylico archilochio tetrametro hendecasyllabo archilochio.

¶ Dastvlicum archilochium tetrametrũ.

¶ Hendecasyllabum archilochiũ.

¶ Dactylicum archilochium conficitur ex quattuor pedibus heroicis (ita q̃ quartus semper sit dactylicus partem oratiõis finiens more bucolici) et ex tribus vltimis trochaicis. et sic scanditur. Soluitur/acris hy/ems gra/ta vice/veris/et fa/uoni. huic connectitur hendecasyllabum archilochium. constans duobus iambis / pentemimeri et tribus trocheis. et sepius primo loco pro iambo ponitur spondeus. et sic scanditur. Trahunt/q̃ sic/cas:machi/ne ca/rinas. Scripsit hoc metro hanc oden solam.

Soluitur acris hyems grata vice veris et fauoni.

¶ Quintum est tricolon tetrastrophon. constans ex primis duobus versibus choriambicis asclepiadeis. de quo metro superius est dictum. Tertius versus est pheretratius trimeter heroicus. qui conficitur ex spondeo. dactylo. et spodeo. sic scanditur. Grato. pyrrha sub. antro. Quartus versus est glyconicus. de quo superius diximus. hoc metro septem odas scripsit.

Quis multa gracilis te puer in rosa.
O nauis referent in mare te noui.
Dianam tenerę dicite virgines
Vites humileo me similis chloe
O fons blandusiæ splendidior vitro.
Audiuere lite dij mea vita dij.
Quis fles asteriæ quas tibi candidi.

¶ Sextum est dicolon distrophon. Tres enim primi versus sunt asclepiadei choriambici siue dactilici. Quartus glyconicus. de quibus superius est dictum. Scripsit hoc metro odas nouem.

Scriberis vario fortis et hostium.
Pastor cum traheret per freta manibus.
Quis desiderio sit pudor aut modus.
Albi ne doleas plus nimio memor.
Nolis longa feræ bella minantiæ

Extremum thnaim si biberes lyce
Inclusam tanaim turris et cura
Diuis arte bonis optime romule.
Iam veris comites que mare temperent.

¶Hic duobus metris: videlicet asclepiadeo choriambico et glyconico scripsit diuus Ambrosius de sanctis martyribus illum hymnum.

Sanctorum meritis inclyta gaudia.

¶Est etiam alius hymnus de eucharistia.

Sacris solemnijs iuncta sint gaudia.

¶Aut tamen hūc scripsit/pedum mensuram et metrorum naturam non curans: syllabarum tantum numerum seruauit. ¶Est etiam alius hymnus de Assumptione diue virginis marie. Hymni.

O q̄ glorifica luce coruscans.

¶Videtur hic hymnus asclepiadeo carmie cōtextus: sed cōtra illius metri naturam in poltremo pede ponit spondeus vt trocheus p dactylo. qui hunc scripsit/nullum ducem secutus visus est monocoto tetrastropho. hoc est q̄tuor versibus eiusdem metri inde posit quartum replicatione facta.

¶Dactylicum phaliscum tetrametrum.

¶Septimum est dicolon distrophon. Primus enim versus est heroicus archilochius de quo superius est dictum. Secūs phalicus dactylicus tetrameter acatalecticus. constans ex quattuor pedibus heroicis vel dactylicis vel spondaicis. vltimus tamen semper spondeus erit. Tertius septimus dactilus. sic scanditur.

Lauda/bunt ali/j cla/ram rhodon/ aut Mithy/lenem.
Aut ephe/sum bima/ris ve co/rinthi.

¶Scribit hoc metro quattuor odas.

Laudabunt alij claram rhodon aut Mithylenem.
Albus vt obscuro detergit nubila cœlo.
Te matris et terræ numeroq; carentis arenæ.
Quid tibi vis mulier nigris dignissima barrhis.

¶Choriambicum aristophanum monometrum.

Choriambicum alcaicum trimetrum.

¶Octauum est dicolon distrophon. Primus versus est choriambicus aristophanus. cōstās choriāmbo et amphibracho: siue bacchio. et sic scādit. Lidia/dic per oēs. Sequēs est choriambicus alcaicus trimeter. cōstās epitrito secūdo duobus choriāmbis et amphibracho siue bacchio. et sic scādit. Te deos oro sybarim/ cur properas/amando. hoc metro hanc oden solam scripsit.

Lydia dic per omnes.
Te deos oro sybarim cur properas amando.

¶Dactylicum alcaicum trimetrum

¶Iābicū archilochiū trimetrū hypercatalecticon.

¶Dactylicum pindaricum tetrametrum.

¶ Nonum est tricolon tetrastrophon. primi duo versus sunt dactylici alcaici trimetri catalectici Constant aũt duobus iambis: vel spondeo et iambo cesura: et duobus dactylis. Tertius est archilochius dimeter hypercatalecticus constans ex primo pede iambo vel spondeo. secõ iambo. tertio spondeo quarto iambo vel pyrrhicio. deinde syllaba abundans. Quartus est pindaricus dactylicus tetrameter. constans duobus dactylis et duobus spondeis. et sic scandutur.

Vides/vt al/ta:stet niue/candidum.
Sora/cte nec/iam sustine/aut onus
Sylue/labo/rantes/gelu que
Flumina/constite/rint a/cuto.

¶ Scripsit hoc metro triginta nouem odas

Vides vt alta stet niue candidum
O matre pulcra filiæ pulcrior
Velox amœnum sæpe lucratilem
Musis amicus tristitiam et metus.
Natis in vsum leticiæ scyphis.
Icti beatis non arabum inuides.
Quid dedicatum poscit Apollinem
Parcus deorum cultor et infrequens
O diua gratum quæ regis antium.
Nunc est bibendum nunc pedo liberto
Motum ex metello consule cinicum.
Aequam memento rebus in arduis.
Nudum subacta ferre iugum valet.
O sæpe mecum tempus in vltimum.
Non semper imbres nubibus hispidos
Quid bellicosos cancabar et scythes
Ille et ne fastote posuit die.
Heu heu fugaces posthume posthume.
Iam pauca aratro iugera regiæ.
Cur me quærelis examinas tuis.
Bacchum in remotis carmina rupibus.
Non vsitata nec tenui ferar.
Odi prophanum vulgus et arceo.
Angustam amice pauperiem pati.
Descende cœlo et dic age tibia
Iustum et tenacem propositi virum
Cœlo tonantem credimus Iouem
Delicto maiorum immeritos lues.

Eli vetusto nobilis ab lamo
O nata mecum consule Maulio.
Cœlo supinas si tuleris manus
Vix est puellis nuper idoneus
Tirrhena regum progenies.
Qualem ministrum fulminis alitem
Ne forte credas interituraq;.
Que cura patrũ quæ ve quiritium.
Phæbus volantem prelia me loqui.

¶ Alcaicum choriambicum pentametrum.

¶ Decimum est monocolon choriambicum alcaicum pentametrum. constãs ex spondeo / tribus choriambis et pyrrhicio. Hoc metro tres odas scripsit. et sic scanditur.

Tu ne / quæsieris / scire nephas / quem mihi / quẽ tibi.
Nullam / varre sacra / vitæ prius / seueris ar / borem.
O cru / delis adhuc / & veneris / muneribus / potens.

¶ Iambicum trimetrum archilochium.

Iambicum trimetrum hipponactium catalecticon.

¶ Undecimum est dicolon distrophon. Primus versus est iambicus archilochius dimeter acatalecticus. constat enim amphimacro / et duobus iambis siue elterutro spondeo. Sequens versus est iambicus trimeter hipponactiꝰ catalecticus. Constat aũt quinq; iambis et syllaba superante. hoc metro solam vnam oden scripsit que sic scanditur.

Non ebur / neq; au / reum.
Mea / reui / det in / domo / lacu / nar.

¶ Sapphicum alcaicum trimetrum ionicum.

¶ Duodecimum est monocolon carmen ionicum sapphicum a minori trimetrum acatalecticon. Constans tribus ionicis a minori. hoc metro solaꝫ vnam oden scripsit: que sic scanditur.

Miseratum est / ne amori / dare ludum.

¶ Dactylicum archilochium dimetrum.

¶ Tertiumdecimum est dicolon distrophon. Primus versus est heroicus hexameter de quo supradiximus. Scdꝰ est dactylicus archilochius dimeter catalecticus. Constans duobus dactylis et syllaba superante. hoc metro scripsit solam vnam oden. que sic scanditur.

Diffu / gere ni / ues rede / unt iam / gramina / campis.
Arbori / busq; co / mę.

¶ Iambicum hiphonactium trimetrum acatalecticon.

¶ Iambicmm archilochium dimetrum acatalecticon.

¶ Quartumdecimum est dicolon distrophon. Primus versus est iambicus hipponactius trimeter acatalecticus precipue ornatus est q̃ sex iambis constat sic scanditur. Bea / tus il / le qui / procul / negociis. Admittit tamen quan-

doꝯ spondeum in locis imparibus. vt in illo. Lupis et agnis quanta sortita obtigit. Sequens est iambicus archilochius dimeter acatalecticus constans quattuor iambis et ille appime venustus. qualis est sequens. Magis verbonibus aut stari. Recipit tñ in locis imparibus spondeum. vt in illo. Value salubres corpori. his duobus iambicis scripsit odas decem.

Ibis liburnis inter alta nauium.
Beatus ille qui procul negocijs.
Parentis olim si quis impia manu.
Lupis et agnis quanto sortito obtigit
At o deorum quicquid in cœlo regit
Quid immerentes hospites vexas canis
Quoquo cœlesti ruitis aut cur dexteris
Rogare longam puditam te sæculo.
Quando repostum cecubum ad festas dapes.
Mala soluta nauis exit alite.

¶ Iambici metri duo sunt genera. alterum de quo diximus supra q̃ vsi sunt recentiores. alterum apud vetustissimos comicos tragicos in vsu fuit, quod testatur Horatius. Hũc socci sumpsere pedem grandesq; cothurni. primusq; hoc carmine scribere cepit archilochius de quo idem. Archilochum propio rabies armauit iambo. Huic archilocho licambes ciuis lacedemonius neobolen filiam desponsauit. qua postea negata: indignatus archilochus in patrem et filiam iambicis carminibus ita mordaciter inuectus est: vt pater impatiens contumeliarum morte. iambos illius vitare studuit. Nam ad laqueum confugit seipsum suspendit. Unde Ouidius in ibin. Tincta Licambeo sanguine tela feram. Erat autem archilochus poeta partus. Iambicum carmen est maledicum: a iambimin quod est maledicere. vt scribit Diomedes. Alij a tapto grece quod est noceo. Alij a iambizo quod apũ antiquos dicebatur contumelior. vitupero. violo. Inde iambographus qui iambicis carminibus scribit apũ grecos precipui huius carminis scriptores fuerunt Archilochus et hipponax. apud romanos autem Lucillius et Catullus. Scribit Priscia. veteres comicos ac tragicos latinos in iambico omnibus in locis indifferenter posuisse quinq; pedes. videlicet iambum. tribrachum. anapestum. dactylum. et spondeum. sed vltimo loco iambum vel pyrrhicium solum de quo latius paulo inferius dicemus.

¶ Iambico archilochio dimetro (de quo superius diximus) scribuntur etiã quos sancta canit ecclesia seraginta decem hymni. In locis imparibus immiscetur quandoq; pyrrhicius et trocheus contra illius metri legem. Et sunt monocoli tetrastrophi: q; post quartum quemq; versum fit replicatio eiusdez metri. et sunt isti qui scanduntur sic.

Hymni. O lux/bea/ta tri/nitas. Iesu/quadra/gena/riæ.
Conditor alme syderum. Iesu saluator sæculi.
Adesto sancta trinitas. Iesu nostra redemptio.

Aeterne rerum conditor.
Magne deus potentiæ.
Summe deus clæmentiæ.
Telluris ingens conditor.
Tu trinitas vnitas.
Cœli deus sanctissime
Deus creator omnium.
Lucis creator optime.
O satis rerum conditor.
Rector potens verax deus.
Rerum deus tenax vigor.
Audi benigne conditor.
Summi largitor præmij.
Christe redemptor omnium.
Consors paterni luminis.
A patre vnigenitus
A solis ortus cardine
Saluator mundi domine.
Te lucis ante terminum.
Splendor paternæ gloriæ.
Plasmator hominis deus.
Primo dierum omnium
Rerum creator optime.
Ecce tempus idoneum.
Tu christe nostrum gaudium.
Veni redemptor gentium.
Verbum supnũ prodiẽs a pre.
Vox clara ecce intonat.
Vexilla regis prodeunt.
Martyr dei qui vnicum.
Deus tuorum militum.
Rex glorioſe martyrum.
Hostis herodes impie.

Iam christus astra asc̃enderat.
Iesu saluator sæculi.
Iesu redemptor omnium.
Iesu corona virginum.
Nunc sancte nobis spiritus.
Veni creator spiritus.
O glorioſa fœmina.
Quem terra ponthus ętherа
Aeterne rex altissime.
Christe qui lux es et dies.
Ex more docti mystico.
Ad cœnam agni prouidi.
Aurora lucis rutilat.
Sermone blando angelis.
Iam lucis orto sydere.
Somno refectis artubus
Ales diei nuncius.
Clarum decus ieiunij.
Impleta gaudent viscera
Exultent cœlum laudibus.
Verbum supernum prodiens
Iesu dulcis memoria.
Iesu amator clæmentiæ
Exultet cor præcordijs.
In Annæ puerperio.
Nox et tenebre et nebula.
Lux ecce surgit aurea.
Aeterna cœli gloria.
Chorus nouæ Hierusalem.
Tu christe nostrum gaudium.
O nata lux de lumine.
Cœlestis formam gloriæ.

¶ Sunt etiam alũ hymni qui iambico hipponactio trimetro acatalectico monocolo decurrere videntur. sed contra illius metri naturam recipiunt locis imparibus aliquando trocheum. in paribus autem spondeum / vel pyrrhichium aliquando trocheum. sed qui hos scripserunt syllabarum numero seruato pedum legem non curabãt. sic scanduntur. Ennu/ e chri ste/ seculo/rum do/mine. Aure/a lu/ce et/ deco/re ro/seo.

Trochaicum dimetrum alcinaueum acatalecticon.

¶ Alij preterea sunt hymni qui trochaico dimetro alcinaueo acatalectico incedere videntur. sed qui eos edidit huius metri naturam neutiq; obseruauit immiscet enim in omnibus locis tam spondeum et iambum q̄ pyrrhicium et synalepham et ecthlipsim non admittit. Trochaicum alcinaueum dimetrum acatalecticon constat ex quattuor trocheis. et sic scanditur. Quos vides sedere celso. hoc metro videntur hymni cōscripti de beata Anna.

Hymni. In An/ne pu/erpe/rio. Felix/Anna/pre/clus.

Trochaicum dimetrum catalecticon euripideum.

¶ Trochaicum dimetrum catalecticon euripideum constat ex tribus trocheis et semipede hoc est syllaba superante. Trochaico alcinaueo (de q̄ diximus) et hoc trochaico euripideo hymni sequentes videntur incidere. sed qui eos scripserūt (vt in alijs hymnis) non pedum mensuram. sed syllabarum numerum (vt sepius dirimus) obseruant. Confundunt enim alios pedes indifferenter nunc iambum. nnne spondeum. nunc pyrrhicium. sic scāduni.

Pange/lingua/glori/osi. Preli/um cer/ta mi/nis.

Et dicuntur diocoli distrophi versus. q; post scōm quēq; ꝟsum fit replicatio. Primus ꝟsus acatalecticus q̄ p̄fecto fine claudit. Scōs est catalecticus cui in fine deest syllaba que p̄ficeret carmen. hoc modo incedūt sequentes.

Pange lingua glorios. Sancte dei preciose.
Corporis mysterium. Christi miles glorios.
Hymni. O maria noli flere. Festum matris glorios.
Collaudemus magdalene. Mundi salus aduentura.
Estimauit holofernum. Lustra sex qui iam peracte
Urbs beata hierusalem. Crux fidelis inter omnes.
Tibi christe splendor patris.

Iambicum dimetrum anacreonitium catalecticon.

¶ Iambicum dimetrum catalecticon anacreontium. constat ex tribus iambis et syllaba. sic scanditur. Preceps/amore se/no. hoc metro et trochaico dimetro alcinaueo acatalectico incedere videtur ille hymnus. Cultor dei memento: et dicitur dicolos tetrastrophos. q; primi duo versus sunt anacreontij iambici. et duo posteriores trochaici alcinauei. sed in scōa replicatione solo iambico anacreontio per quattuor versus vtitur. In replicationibus sequentibus (nullo ordine seruato) hec metra inuicem cōfundit. hoc modo scādit.

Hymni. Cultor/dei/memen/to. Te fon/tis et/lana/cri.
Rorem/subūsse/sanctum. Te crif/mate/tuuo/matum.

Trochiacum dimetrum Ithiphalicum brachicatalecticon.

¶ Trochaicum dimetrum ithiphalicum brachicatalecticon. dicitur illud qđ constat ex tribus trocheis. vt. bacche/tunge/tigres. hoc metro hymni sequentes sunt scripti. qui sic scanduntur.

Aue maris/stella. Aue/mater/Anna.

¶ Et sunt monocoli tetrastrophi. quia post quartum quemq; versum fit replicatio. hec de hymnis collegimus. ¶ De odis quas sequentias appellāt quoniam pauce ac potius mille debitam metri mensuram complectuntur. de ijs aliquid p̄cipere omittimus.

¶ Iambicum ſapphicum acataleƈticon.

¶ Quintumdecimum eſt dicolon diſtrophon. Primus verſus eſt hipponactius trimeter acataleƈticus de quo pauloante diximus. hoc modo. pecti/nihil/me,ſi/cut an/tea/iuuat. Secūs eſt ſaphicus iambicus dimeter acataleƈticus. conſtans heroica pentametri. et quattuor iambis. hoc modo. Scribere/verſicu/los amo/re per/cuſſum/graui. hoc metro hanc oden duntaxat ſcripſit Pecti nihil me ſicut antea iuuat.

¶ Iambicum archilochium heroicum.

¶ Sextumdecimum eſt dicolon diſtrophon. Primus verſus eſt heroicus. hoc modo. Horrida/tempe/ſtas ce/lum con/traxit/et ignes. Sequens eſt archilochius iambicus heroicus conſtans dimetro iambo: duobus dactylis: cū ſyllaba ſuperante. vt pentametri heroica. hoc modo ſcāditur. Riues/que de/ducunt/iouem/nunc mare/nunc ſyluę. Ubi diligenter attendas vltimum dactylum. nunc ſyluę/appime licēter eſſe poſitum. Nā ſyluę triſſyllabum fecit Horati. Ab Puſcia. et poſt eū Tortel. affirmat. ſcripſit hoc metro vnā oden.

Horrida tempeſtas cœlum contraxit et imbres.

¶ Septimumdecimum eſt dicolon diſtrophon. Primus verſus eſt heroicus hoc modo. Mollis in/ertia/cur tan/tam dif/fuderit/imis. Secūs iambicus archilochius dimeter acataleƈticus de quo ſupra dictum eſt. hoc modo ſcanditur. Obli/uio/nem ſen/ſibus. Scripſit hoc metro duas odas.

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis.

Nox erat et cœlo fulgebat luna ſereno.

¶ Duodeuigeſimum eſt dicolon diſtrophon. Primus verſus eſt heroicus. hoc modo. Altera/iam teri/tur bel/lis ci/uilibus/ętas. Alter iambicus hipponactius trimeter acataleƈticus de q̄ ſupra dictum eſt hoc modo ſcādit. Suis/et ip/ſa ro/ma vi/ribus ruit. Scripſit hoc metro vnā duntaxat oden.

Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas.

¶ Undeuigeſimum eſt monocolon conſtans iambico hippomactio trimetro acataleƈtico de quo diximus hoc modo ſcanditur. Jam ief/fica/ci do/manus/ſcientię. Hoc metro hanc ſolam oden ſcripſit.

Iamiam efficaci do manus ſcientiæ.

¶ Habes iam candide lector de omni genere metrorum quo vſus eſt Horatius Flaccus.

¶ De comœdia et tragœdia.

¶ Comedia (vt inquit Diomedes) eſt priuate ciuiliſq; fortune ſine periculo vite comprehenſio. dicta apo ten comen. Come enim greco appellantur pagi. i. cōuenticula ruſticoꝝ. ita inuentus (vt ait Varro) attica vicos ire ſolita eſt et queſtus ſui cauſa hoc genus carminis pnunciabat. Nam poſtq̄ athenas ex agris cōmigratum eſt: et hi ludi cōſtituti ſunt ſicut rome cōpit alicū ad canendum prodibant. et ab vrbano come: et oda comedia dicta eſt.

¶ De poetis comicis.

¶ Poete primi comici fuerunt. Suſſarion. Rullus: et magnes: hi veteris diſcipline ioculatoria quedam minus ſite et venuſte pnunciabant. Scūa etate fuerūt Ariſtophanes. eupolis. et cratinus. qui et principium vitia ſectati acerbiſſimas comedias cōpoſuerūt. Tertia etas menādri perynthie et philomonis. qui oēm acerbitatem comedie mitigarūt atq; multiplicia argumen-

ta grecis erroribus secuti sunt. Ab his romani fabulas transtulerunt. Et constat apud illos primo latino sermone comediam linium adronicum scripsisse huic Plautum et Terentium subsecutos. Tragedia (vt idem ait) est heroice fortune in aduersis comprehensio. Tragedia (vt quidam volunt) dr a tragos qui est hircus et ode. i. cantu. qm olim athoribus tragicis: tragos. i hircus premium cantus ꝓponebatur qui liberalibus die festo libero pri ab hoc ipsum immolabatur. qr (vt Varro) hirci depascūt vitem. Vñ Horati. in arte poeti. Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. Mox etiam agrestes nudauit. Alij putant a fece: quam grecoꝝ quidam trigon appellāt: tragediā nominatam per mutationem lrarum i vidz in a: qm olim nondum ꝑsonis a thespide aut thespi repertis talis fabulas ꝑmitti ora fecibus agitabant vt rursum Horati. testatur. Ignotum tragice genus inuenisse camene. dr et plaustris vexisse poemata thespis. Que canerent agerētq; puncti fecibus ora.

¶ De comœdiæ et tragœdiæ differentia.

¶ Comedia et tragedia differūt. qm in tragedia introducūtur duces heroes reges. in comedia humiles atq; priuate ꝑsone. In illa luctus/exilia/cedes. in hoc amores virginum raptus. Deinde q illa frequēter et pene sp dantur rebus letis exitus tristes et liberorum fortunatarumq; prior in peius admissio: tristitcia namq; tragedia proprium est. Ideo euripedes petente archilao rege vt de se tragediam scriberet. Abnuit et precatus est ne accideret archilao aliqd tragedieq; ꝓpriū ostēdēs nihil alid eē tragediā q̄ miseriaꝝ ꝯphētionē.

¶ De metris quibus comici et tragici scripserunt.

¶ Metro iambo scripserunt tam comici q̄ tragici vt testat Prisca. in opere suo de comicis ꝟsibus. Cum non solum Terenti. sed Plautus. etiā Ennius. Actiusq; et Noninus Pacuuius Turpiliusq; et oēs tam tragedie q̄ comedie latine veteris scriptores: eodem metri modo iambici sunt vsi: vt in oībus locis indifferenter ponerent quinq; pedes. s. iambum/anapestum/ dactylum spondeum absq; postremo loco vel iambum vel pyrrhicium oīno posuisse inueniuntur. Miror quosdam abnegare: in Terentij comedijs metra/vel ea q̄si arcana quedam: et ab oībus doctis semota sibi solis esse cognita affirmare. Qd vt vel imperitia vel arrogantie vitium effugiamus: breuiter de supradictis metris authorum testimonium et vetustissimorum asseramus. Sciēdum est igitur q iambici versus vel monometri sūt duobus pedibus simplicibus cōiuncti vel dimetri ex quattuor pedibus vel trimetri ex sex vel tetrametri ex octo. Nam pentametri ex decem. vel hexametri ex duodecim rarissime inueniuntur. Ergo trimetris et tetrametris frequentius vtuntur comici. Alijs vero raro: et in medio dispersis ꝓnunciationis rithmice causa/ et distinctionis. ideo aūt spondeum vel dactylum in sedo loco vl quarto posuerūt/ qd inuenerūt etiam apd grecos vetustissimos (q̄uis tñ raro) fieri hoc idem: q̄q̄ s rarissime necessitate carminis vim cōsonantis amittit apd comicos: hec autem frequentia dactyli et spondei facit vt pene dissoluta pro pedestri similia esse videantur personarum sermocinatio. hec Priscianus.

¶ Iambici metri (vt inquit Siponti.) duo sunt gña: alterum apd vetustissimos comicos tragicosq; in vsu fuit. Qd testatur Horati. hunc socci sumpsere pedem grādesq; cothurni. Primusq; hoc carmīe scribere cepit Archilochi9 de q idē Archilochū ꝓpo rabies armauit iābo. altero aūt minores vsi sūt.

¶ Uetus iambicum comicum ac tragicum dicitur: hoc aũt ꝓpie purum trimetrum appellatur suscipitq; tres pedes inuicem mutatos iambum/ pyrrhicium et spondeum nec nisi raro apũd veteres in vsu fuit atq; vetus iambicum in sedibus imparibus: hoc est prima/tertia/ et quinta/ quinq; pedes scripsit dactylum spondeum choreum siue trocheum anapestum et a quo nominat iambum in sedibus paribus: hoc est scõa et q̃rta anapestum choreum et iambum. sexta sedes et si varie vsurpet: ꝓpie tñ iambum vel pyrrhicium req̃rit. Nouum aũt in primo tertio quinto pede iambum aut spondeum recipit: in secõo quarto iambum/in sexto iambum vel pyrrhicium. Illud diligenter animaduertendum est metrum ab eo pede ex quo precipue constat vocari: neq; tñ eo solo ꝓfici: sed alios pedes suscipere. Optimum tamen esse iambum qõ vno pedum genere hoc est iambo a quo nominatur constat.

¶ De scansione metrorum comicorum.

¶ Cum comici et tragici nunc monometro iambico/nunc dimetro/ nunc trimetro aut tetrametro vtuntur restat vt de eorum scansione aliquid dicamus Et prime dimetro iambico hipponactio: quo primum vsus est Terentius comicus in prologo Andrie sic.

¶ De trimetro iambico hipponactio.

¶ Hoc. iambus. ta cum. iambus primani. dactylus. mad scri. spõdeus. bendap. spondeus pulit pyrrhicus. in hoc iambico trimetro multe fiunt elisiones per synalepham et ecthlipsim sicut et alibi: quare in comicis scandendis oportet hoc precipue annotare diligens lector.

¶ De iambo trimetro hipponactio et dimetro archilochio.

¶ Nos i/ spondeus. steci/iambus. traffer/ spondeus. tabi/iambus. teso/pyrrhicus/sia/iambus. Ades/iambus: dum pau. spondeus. cis te/ spõdeus. volo/iambus vel pyrrhicus.

¶ De monometro iambo.

¶ Imma: trocheus/liud. iambus. Hoc aduertendum est q̃ comici trocheus loco iambi sepius admittunt. vt diximus.

¶ De tetrametro.

¶ Quid est/iambus. quod ti/chorius. bi me/pyrrhicus. ars et/spondeus. fice/pyrrhicus. rhoc posi/spondeus. sit am/iambus. plius/pyrrhicus.

¶ Illud annotandum comicos non idem metrum continue seruare. sed nunc monometrum: aut dimetrum. nunc vero trimetrum aut tetrametrum sẽm varios sermonis affectus.

¶ LONDINI in ædibus Richardi Pynsonis: Christi ab incarnatione. anno. 23. supra sesquimillesimum. 10. die Iulij.

BIBLIOTHECA BODLEIANA